

tas qualitates à luce solis. Sed nega hoc stare posse; nam lux nequidem continet eminenter dictas qualitates, cùm sit ab illis dispara. Deinde cùm lux sit qualitas, si non intentionalis, vicina sicutem intentionalibus, quomodo poterit continere, & producere qualitates illas valde terrestres, quales debent esse pro productione mineralium? Insuper calor solis non producitur, nisi à virtute calefactiū solis; virtus autem calefactiū solis est in ipso sole. Deinde eusi annihilaretur totus aér, non tamen desineret sol vibrare suos radios in terram, & tamen vacuum illud totum intermedium non esset lucidum. Et nunquid vidēmus experientiā lumen solis per fenestrā emisum, vbi cecidit in paumentum, maximè illuminatum apparet paumentum, in aere tamen intermedio inter parietem, & paumentum nihil lumen apparere. Scio quidem hęc prouenire nimirū aérī raritate, sed hoc non impedit vim rationis nostrę; sic enim semper virgo. Illud maximum lumen producitur à sole, aut à lumine existente in aere intermedio: non ab isto, quia minus lumen non producitur, ergo illa majoritas lumen causatur à solo sole, ergo illam sol producere non producendo eam in aere intermedio, ergo sicutem quod hoc sol agit in remotum non agendo in proximiis.

*Difficultas rationis considerationis.*

Concludo igitur sepiissimum agens agere in distans non agendo in medium; quando medium scilicet non est proportionatum potentiae agentis: nec dicas agens semper transmittere virtutem suam per medium; iam enim ostensum est hanc esse impro priam locutionem, cùm nihil transmittat agens; nisi intelligas per transmittere sicut virtutem: ita vt idem sit ac agere in passum, seu educere aliquid de eius potentia; hoc enim vocatur agere apud Philosophos; sed quando passum intermedium non est proportionatum agenti, agens nil educit de potentia talis passi, educit verò aliquid de potentia passi remoti, ergo tale agens dicetur agere in remotum non agendo in proximum: quæ ratio mihi videatur demonstrativa, si proponatur hoc modo: Illud agens dicitur agere in distans, non agendo per medium, quod educit effectum suum de potentia passi remoti, nullum effectum educendo de potentia passiuorum intermedium: sed experientiā videmus multa agentia id præfare; ignis enim educit ignem de potentia stupore remote, non educendo ignem de potentia lapidis proximi; ergo agit ignis in distans non agendo in medium. Scio equidem hoc non prouenire ex culpā ignis, sed ex indispositione lapidis. A hoc nil facit contra me, sed potius pro me; sufficit enim mihi, vt agens dicatur agere in distans, quod non producere effectum in medio, quem producit circa passum remotum, sive hoc proueniat ex culpā passi vicini, sive aliunde. Cauda autem maximè est communis deceptio, quæ plerique sibi imaginantur agens transmittere suam virtutem, veluti localiter; nam vt dicatur esse præfens, & coniunctum passo suffici passum esse intra sphēram eius activitatis, in quā sphēra datur latitudine, id est, vnum passum est proximus agenti, quā alterum passum, dummodo tamen sint intra dictam sphēram, confentur debet præsens, & coniuncta agenti, siue que salutari

illud axioma: *Omne agens debet esse coniunctum passo*, id est debet esse intra sphēram passi, vice que versā.

Ex his omnibus dictis liquet, quomodo verum sit, & quomodo falso, quod agens possit dici agere in distans, non agendo in proximum, & quomodo dici queat non agere in distans, nisi agendo in propinquum: in hoc inquam sensu verum est, quod agens non agat in distans, nisi agendo prius in propinquum posita cādem dispositione in propinquuo, & remoto: at nullā posita dispositione in propinquuo, bene tamen in remoto, tunc agens agit in distans: nec recursus iterum ad illam transmissionem virtutis; nam agens nulli transmittit, aut communicat, aut imprimis suam virtutem, nisi sit, in quod agit, non agit autem, nisi in illud, ex cuius potentia educit aliquid, sed sāpe nil educit de potentia vicini passi, ergo in illud non agit, ergo neque illi transmittit suam virtutem; quis enim dicit magnetem communicare suam virtutem ligno, cum nihil circa lignum agat, sed vt sapiens monui, communis deceptio imaginatur fluere virtutem ab agente in passum, sicut aqua fluit in riuius, aut sicut riuli ex fonte impossibile enim hoc est, quia cū virtus agentis sit accidentis, non potest dicto modo fluere, sed in tantum debet intelligi fluere, in quantum agens applicat se circa passum, ex quo tentat educere suum effectum; se autem sufficienter applicat, dummodo passum sit intra sphēram activitatis agentis, nullusque aliunde apponatur obex.

*Resolutio secunda.* Virtute diuinā potest agens agere in distans: hęc resolutio licet videatur similis præcedenti, maximè tamen differt ab ea; nam præcedens intelligitur de distanti, inclusiō tamen intra sphēram activitatis agentis: at hęc resolutio intelligitur de distanti extra sphēram activitatis agentis posito, & de hoc distanti certum est, quod agens naturale non possit agere in distans actione transeunte: quare si Autores secundi Clypei id solūm intendant, illis vtro concedendum est, sed ille non est cardo difficultatis, cū in hoc nulla sit difficultas.

Probatur verò præfens resolutio primo ex eo, quod in hoc nulla appareat contradic̄tio. Secundo, humanitas Christi ex multorum Theologorum sententiā præstabat miracula Physicē, & tamen operabatur in distans in multis miraculis: item multi existimant dēmones in aere degentes torqueri ab igne in inferno existente, ablique eo, quod ille ignis agat per medium. Deinde sicut Deus limitauit sphēram activitatis agentium, ita potest facere, vt agentia suam sphēram egreditur; qui enim posuit terminos, potest eos auferre: & de hac re ex profecto agunt Theologi tertią partē circa quāst. 13. Caevant autem deinceps Philosophi, ne confundant utrumque sensum difficultatis de actione in distans, sed eum distinguant, & intelligent modo in initio secundæ huius resolutionis explicato.

*Nom. 17.  
Postea diuinā  
potest agens  
agere in di-  
stante etio ex  
extra sphēra  
sua attinet.*

### Partitio X.

*An simile agat in simile?*

*D*E hac re ordinariè agunt Philosophi in fine librorum de generatione, quos præ multis, tudine